Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Epistola excusatoria ad Sueuos

Wimpfeling, Jakob

[Argentorati], 1506

VD16 W 3380

urn:nbn:de:bsz:31-299687

Visual Library

BADISCHE
LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

+ Dn 401
verm.

T 24.

AN 759
AN 760
AN 761

H. *10546.
GW 2795 (II) (2 an Dn 401)
GW 4604 (7 an Dn 401)

BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BADISCHE
LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BADISCHE
LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

(Jakob Wimpfeling)

Epiſtola excuſa-
toria ad Sueuos

Alſates infenſos ne gens tibi ſueuica credas
Quos rhenus ſeparat herciniūqꝫ nemus
Nec facile eſt adhibenda fides rabido nebuloni
Foedera qui violans· vulnerat innocuos.

(1506)

(7)
2 54

H Bebelius poeta

Wimphelingo. S.

¶ Precrebuit in gymnaſio noſtro rumor: te parum Liberal'r ne dicam humaniter/et ſentire et loqui de ſueuis. Unde multorum qui apud nos Lr̃is ⁊ ingenio valent. animi ſunt in te cōmoti, non mediocriter. adeo vt in te calamos armatāq; mineruam diſtrinxiſſent: niſi cohibuiſſent. qui' de te hacten⁹ optime ſenſerunt. Ego vero cum exiſtimez Sueuos/non tā abiectos eſſe: aut afflictis moribus: nec item eruditionis: animi reliquarumq; virtutum ita egere. vt a quoqnā contemptū vituperatumue iri debeant. nō facile induci poſſum. te pro ſingulari tua humanitate. modeſtia ⁊ prudentia cōmiſſurū vnq̄ vt inmerito et iniuria cōuitiareris illis quibus minime cōueniebat. quiq; te ſingulariter obſeruauerūt. ⁊ lucubratiōibus tuis ſunt plauſibiliter (vt ita loquar) ſuffragati ſemper. Quare precor ita facias vt malis ſueuos tibi eſſe amicos q̄ inimicos.

Wimphelingius

Bebelio. S.

¶ Quod male non ſentiam de Sueuia. dudum a maximis hiſtoricis celebrata neq; de Sueuis quorū multi ⁊ Heydelberge et ſpire. amiciſſimi mihi fuere. ſi non legiſti Hecatoſtychon meum. ad ducem veſtruz Eberhardum. Si non dum venit in manus tuas Epithoma in hiſtoriam euangelicam. In qua nitor Innocentiam veſtratum oſtendere. contra quendā Jacobuz Pergamenſem qui de Sueuis ⁊ duce Mediolani fallaciſſime ſcripſit. Si non dum vidiſti Epithomatis germanorum caput .Lxi. In quo Inter quinq; gētes Thurcuz debellaturas Sueuos ſecundo loco poſui. Cognoſcas ſaltem ex Epiſtola que ſequitur.

z 6

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

¶ Quod autem quorundā ſacrificulorꝫ· qui inter cōcionandū
Omne verbū adiacens in ſuum participium et verbum ſum
more dyalecticorum· copulam aut conuerſionem indagantiū
vulgaribuꝫ verbis reſoluunt· ineptam ſuperfluitatez taxaui·
non id Sueuie. nō id Sueuis elegantibus atqꝫ doctis detra-
hit· Ego Sueuos nō tam bonis lr̄is q̄z virtutibus preditos ⁊
amaui ſemper ⁊ amabo quoad vixero. quales vero· vnius ſal
tem ſueui· mores probare nō poſſim· quos neqꝫ ethnicus pro
baret in calce epiſtole ſequentis viſurus es· Itaqꝫ me coram
tuis gentilibus excuſato· apud quos· hunc de me rumorem·
ſuſpicor exortum· a quodam ignoto qui ſe Franciſcū ſchatzer
de Rotwila doctorem appellat qui in me crudeliter inuehit·
qui ſanguinem meum ſitit· Is ſi ex probis parentibus natus
eſt prodeat tandem et certiorem me faciat vbi nam habitet
quo in ſtatu ſit. cuius facultatis inſignia gerat· vt ei ad oculū
demonſtrare poſſim· quod vel meum de integritate libellum
non ſane intellexerit· vel de vita et religione chriſtiana minus
ſobrie ſentiat· quodqꝫ coram quibuſdaꝫ laicis· falſus fuerit cō
tra me delator impius proditor et iniquus accuſator· Uale

a ij

De ſueuis

Thomas wolphius iunior et Jac. wimpfelingius. Ceteriqz terſiorū litteraꝝ amatores | apud Argentinā, Joāni Pruß Ciui Argentineſi. S.

G Ratulamur famigerate Sueuie: Jlluſtri patrie tue: que vt olim bellicoſſiſſimos duces ac impatores Conrados Henricos ſpire ſepultos ⁊ duos potentiſſimos Fridericos ⁊ nuper Eberhardū iuſtiſſiſſimuz ducem habuit Et hodie Vlri cum victorioſum habet: ſic et iam alit viros in omni ſciētiarum genere preſtantes: noſtrum precipue Conradum Peutingerum Cuius ſermones conuiuales prudenter impreſſurus es. quem ⁊ vehemēter ꝓpter ſummā doctrinaz laudamus. ⁊ propter maximā integritatē. ſingulari amore complectimur. ſicut et ceteroſquoſlibet Sueuos. qui bonis litteris inherent. virtutes amant ⁊ vitia deteſtantur.

¶ Floruerūt olim in Sueuia preclariſſimi viri. Jn om̄i artium ꝓfeſſione inſignes.

¶ Albertus magnus. quo in philoſophia et ſacris litteris vir doctior alter

Modegerus ſancti galli abbas auctor ſequentiarum.

Henricus ſuſius. auctor horalogij eterne ſapientie

Johānes de lapide cartuſieſi

Nicolaus dinckelſpuel

Vlricus Crydenwiß

Criſtannus ex giengen

Conradus ſommenhardus

Theologi et acuti ⁊ deuoti.

Joannes de turpheim epiſcopus Argeñ:
Otto ſunnenbergeñ epiſcopus Conſtañ·
R·de Rechberg decanus Auguſteñ·
Martinus prenninger. Conſtantieñ· Sacrarum litterarū
Joannes keſelin cartuſieñ· et canonū doctiſſi
Jo. ſteyn de ſchorndorff· mi.
Conradus degen·
Jodocus Eichman de Calbo
Sunt etiaꝫ etate noſtra·ſuperſtites adhuc·de quibus Suevia
non inmerito gaudere·laudemꝗ mereri poſſit

Jacobus liebēſteinus Archiepūs Maguntinus
Henricꝰ liechtenauius Epūs auguſteñ·
Matheus langius prepoſitus Auguſteñ·
philoſophie ⁊ ſacrarū lrarum ſtudio inſignis·
Duo Naucleri prepoſiti·
Petrus ſiber ꝓuincialis predicatorū Theologi ex
Gregorius rieſchius cartuſieñ·auctor mar- cellentes.
garite philoſophice:
Georgius northoffer·
Georgius Meigerhoffer.
Georgius hoffman Eſlingeñ
Joannes geyſſer concionator Auguſteñ·
Jo·Conſteck de geppingeñ:
Caſpar ludingk in eſſelynga·

Vlricus krafftus Vlmenſis legū monarcha·
Vdalricꝰ zaſius legū et hūanitatis lrarum interpres
Erhardus knab ex zwifalten
Joannes wydman medici exp-
Joannes Reichlin trium linguarum doctiſſi tiſſimi·
mus·quem neſcimus·ſi maiorē grecū·an he
breum·maiorē philoſophū.an theologū aut
iureconſultū·debeamus iudicare·adeo in
omnibus his·excellere videtur.

Sunt et oratores atq; poete Sueui· qui carmina ꝛ proſas· ter
·ſe ſcribu nt. et ceteros docere poſſunt·
Conradus leontorius·
Henricus bebellius·
Joannes caſeolu s gyklingeñ· olim auditor wimpflingi·
Hyeronimus empſer·
Leonhardus clemens Ulmenſis
Nicolaus gerbellius muſiphilus.
Jo. Renatus wyleñ ſacerdos·

Tacemus de aliis inumerabilibus· nobis incognitis· ꝛ de eis qui hodie friburgi et in Tubinga ſpem prebēt. futuri profect⁹. hos et horū ſimiles· amamus ꝛ extollimus· atq; vnūquemq; ſigillatim· fraterna charitate conplectimur·

Qui poetas caſtos et pudicos· pudice interpretatur· Cuius os blaſphemia non ſcatet·
Qui teneram iuuentutem. impudicis lectionibus non inficit·
Qui ſanctā innocentiā· añ tempus nō vulnerat nec extinguit·
Qui fragiles ephebos· ad libidinem ꝛ luxuriam non incitat·
Qui alios quoſlibet. lingua aut verſu non pungit·
Qui aliorum bene ſcripta· rabido ore non maculat
Qui nos heluetios(id eſt alſaticos· Marco antho· ſabellico teſte) ſpurcis carminibus ſuis· non lacerat nec infamat.
Qui iuuenalem criſto parem non facit
Qui poetarnm dicta euangelio comparare non audet
Qui cōtra ꝓbatiſſimos viros· nullas iuuectiuas ſcribit aut in/primi facit·
Qui publicā et autenticā perſonā· iuſtū ſuū officiū iuſte exercentem aut alioſquoſlibet nō vulnerat nec trucidare conatur· velut crudelis homicida· urore plenus· ratione carens· nullā legē curans· nec deū neq; homines timēs·
Qui non alios quoſuis· in certamē ꝓuocat· nec vincere eos cōtendit exercitiis· partim ad belliceſos· partī ad molliculos hiſtriones· potius q̄ ad philoſophos ſpectātibus· vt pute in arte dimicandi· luctādi· confligendi· preterea et ſaliendi· choreaſq; circūducendi.
Qui pium tenerū· modeſtū ingenioſuȝ ꝛ doctū adoleſcentem·

Italiam ꝓpter litteras petentē·ex ſolo furore vel inuidia perin ſidias·vt ſiccarius et latro: in via regia·que vtiqꜫ tuta eſſe de/ bet. non inuadit·nō in eum terribiliter irruit·nō impie obruit· non inhūaniter capit·non captū et humiliter ſeſe dedentem· ſacrilege humi ſternit·diriſqꜫ verberibus afficit. nec poſtremo ad iuſiurandū cogit·nec: de tā egregio facinore gloriaꝛ: Magna profecto gloria ꝙ homo ire plenus et vindicte appetētiſſimus·de ꝓprijs viribus diffidens· Aſſumptis octo gentilibus· Ex induſtria·ita i vnicuꝫ adoleſcentulū heluecium graſſatꝰ eſt quem apud ſe facillime detinere potuit·in ius vocare·ꝛ iuris ordine aut ſcholaſtico certamine·nō latronis et ſiccarij more ſuperare.

Hoccine fuit officiū eius qui ſe oratorem. qui ſe poetam· qui ſe Philoſophū·qui deniqꜫ ſe theologum gloriatur: qui ne cōtra omne ius·omnem legē·omnē honeſtatem·contra bonos·precipue philoſophorū·mores ageret. ſi quid actiōis habuiſſet· optimū adoleſcentē·Corā iuſto iudice cōuenire potuit·et non ſeipſum in cauſa propria·ex furore·ex inuidia·ex ambitiōe crudeliter ꝛ temere vlciſci·et infamē ſeipm̄ reddere iuxta l. hac lege ff·ad l. Jul· de vi: pri·et l·i. Beati ſint·et beatos fukos optamus. oīs Sueuos·honarū litterarū ꝛ nobiliſſimarū virtutū· in diuerſis gymnaſijs·Friburgēſi precipue·cultores atqꜫ amatores·quos rogamus·vt meminerint Argentinēſes ꝛ ceteros heluecios: i·alſaticos·de ſua Sueuorū patria· nunqꜫ male meritos fuiſſe·nec ſe ſinant. quorundā peruerſorū oſorū pacis· et quibus lucrū eſt lites ſpargere·diſcidia fouere·cōcordem rē litterariam diſcordare·et quia bene dicendo non poſſunt·morſibus et latratibus in peritos quoſqꝫ conuiciantes·famaꝫ querere: non ſe in quā ſinant·rabularum huiuſmodi felleis ſuaſionibus permoueri·ſed inuiolabilem nobiſcum pacem et charitatem. que cum chriſtianos tum philoſophos decet·ſeruent ꝛ amplectantur: qua omnes ſimul·ad vitam perueniamus ſempiternam·

.Ringmannus Phileſius Grego
rio Ritſchio carthuſieñ Friburgeñ patri.

Ritſchi celebrium virorum gloria
Apex q; ſũme litteratorum omnium
Pridem docens Phileſium altitudines
Metiri·et ipſas lougitudines rerum
Quid non docebas machinamenta hoſtium·
Qui more latronum rubis abſconditi
Magna caterua in vnicũ ſeueriter
Mox irruerunt·cur docebas non ſimul
Phileſium: Sed nemo praeſcire hec poteſt·
Quã cordium ſcrutator: eternum vale
Oreſq; ſedulo velim pro me deum.

Petrus bolandus Ad Jo. Dalb.
Epiſcopũ :wormacieñ· pro filiolo cuiuſdam ſacerdotis abſq;
fertone et teſtamento mortui cuius bona epũs acceperat·

Orphenus en cuius miſerendũ eſt. optime preſul·
Diuite preſpitero natus: at ipſe miſer
Cui tua ſubueniat pietas a patre relictis
Rebus vt in tenero corpore nuda tegat
Erudienda eius·dum ductilis ipſa iuuenta eſt
Artibus·vnde famem pellere poſſit erit
Ne genitura ipſum ſpurca atq; ignauia tandem
Latroni reddant furciferoq; parem
Et clero natus clerum graſſetur en ipſum
Inſtar multorum quos numerare pudet
Viue vale foelix longum cornicis in euum
Atq; pius miſeris omnibus eſto pater:

In eccleſiis non eſſe ſpa ciandū nec cōfabulandū.

Hec domus eſt domini proprio quam ſanguine chriſtus
Signauit moriens eſſet vt hic requies
Is vitulos ꝛ oues ſacrandas atq3 columbas
In templo vendi noluit ac pepulit
Hic nos xpicole(ſed falſo ſaepe vocamur)
Turpia verba damus/ne mala facta loquar
Mox q2 non punit chriſtus: dormire putatur
Sed tamen hinc creſcit debita pena reis

Robertus gaguinus

Arnoldo boſtio In Carmē Wimphlingi. De triplici cando re beate marie virginis.

Tu ne vnq3 mecum boſti certare quieſces
Raucus vt ad diuos diſſona verba feram
Ecce tibi reſonat argutus arundine renus
Et paſſim vates educat altiloquos
E quibus aſſurgit ſophoclea voce Jacobus
Dicere quā pura ſorde maria nitet
Tam pcul eſt noſtrū mi boſti carmen ab illo
Quam lentam anticipat concita cerua bouem
Vox illi excelſa eſt. mihi pulmo torpet anhelus
Et medio curſu vox ſemifracta cadit
Dic vati numeris curet monumenta parare
Me tenet ignauū pigra ſenecta domi

Petrus eberbachtus Ertphordië
ſis Adoleſcens Jacobo wymphelingo·S·

¶ Humaniſſime preceptor noli obſecro merere aut animo
tabeſcere·quod ab emulis libellos famoſos cōtra te ſpargen
tibus·et a leuiſſimis nebulonib⁹ vſus ꝛ rithmos barbaros cō
tra te imprimentibus· calumniā et detractionē ſuſtines·paſſi
ſunt etenim ante te huiuſcemodi morſus inuidorū· Julius Au
guſtus·Chriſtus·et apoſtoli·Criſoſtomus· Fran· Petrarcha·
Jo· Gerſon. Nicolaus Cuſa· Joānes crucerus·galliott⁹·iohā
nes weſalian⁹ magni apud noſtrates noīs·iohānes pic⁹ mirā
dulanuз Comeз·et hodie ex frē nepos eius franciſcus· Quid
dicam de priſcis et exteris. Exemplo tibi ſit T' wolphius iuni
or·quē ſcis graui morbo laborare·et ab eis qui iure ſangui·
nis amici eſſe eiuſqꝫ misereri debērēt· circūuentū·idigne vex
ari·et tamē noſti eū virum eſſe innocentiſſimum. in hoſpites
humaniſſimū·in oēs litteratos largiſſimū.diuinarūqꝫ lrarū
lectorē freqentiſſimū vt in pſalmo ſuo miſerere videre licet·
is eſt etiā qui frāciſci pici mirādulani opera per Ringmānuз
phileſiū a latrone quodā obrutū et ceſum ad nos perferri cu
rauit· vt ꝑpe diē īprimant eū credo a deo diligi·et ad eternā
vitam delectū eſſe·quod hic innocēs caſtigat·Hui⁹ et aliorum
exemplo teipſum cōſolare· Scis iuuenalē olim dixiſſe· Aude
aliquid breuibus gyaris et carcere dignū·Si vis eſſe aliquid
ꝓbitas laudatur et alget:quāuis id de romana ciuitate dixe=
rit·nūc tamē ad alia etiam loca transferri poſſe videtur· imo
cū venia·iam vix ꝓbitas laudatur· ſed culpatur potius aut
ſaltem ſubſannatur·Quippe vbi nūc peccata regnant peccat
qui recte facit·beatos ſcis a chriſto noſtro predictos eſſe:qui
ꝑſecutionem paciūtur ꝓpter iuſticiam·et tu ꝓpter iuſticiā pa
teris atqꝫ ꝓpter integritatem·qui in tuo de integritate libello
paterne ſuades·ſynccreqꝫ cupis·et omnē ꝓ viribus tuis ope=
ram impendis·vt in pueris et adoleſcentibus virtutes plantē
tur religio floreat·caſtimonia vigeat ſanitas cōſeruet·ſacra

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

rumq; propagentur ſtudia litterarum: Vale·xij·kl·februarias·Anno quo me dira lues ex mea in tuam patriam fugauit·

Ringmannus phileſius Nobili Jacobo Sturmo S·

In antiquiſſimam ſtatuam quam

Nuper in pago genitoris tui wickerſchemo· Te preſente inuenimus·ex impudica nuditate·veneris. ex clipeo et galea. palladis ex pauone: iunonis effigiem in ea ſculptam eſſe diiudicantes·ſenarios hos ſubito a me effuſos tibi mitto dicoq; Dulciſſime iacobe·ſperās te cum iucunditate lecturū·Statuam ipſam pater tuus dono dedit·I·wolphio maximo vetuſtatis amatori. Vale:

A ntiquitatis.o Viator·pre ſit V
N on nota viſentes ſimul veſtigi A
T res eſſe dixerūt deas cōcordite R
I acobus ipſe wimpheling⁹·& ſu I
G allinari⁹·Sturmus·Phileſiuſq; ab I

Vbi legitur in tetraſticho poſt titulum
Quos rhenus &c: legendum eſt
Et ſi interiaceat rhenus et hercinia

Mathias hupuff imprimebat·M·D·vj·
Foedus diſcordia ſoluit·

B.IX.9

D.n 1181.
H. Spitzel

restauriert Nov. 1972, Hr.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BADISCHE
LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Dm 1142
H. Spitzel

B. IX. 9

restauriert

Copyright 4/1999 YxyMaster GmbH www.yxymaster.com
VierFarbSelector Standard® - Euroskala Offset

BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg